



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate//
librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...**

Haimo <Halberstadensis>

Coloniae, 1531

VD16 H 231

XXIII De distantia perpetuitatis bonorum scilicet atq[ue] malorum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

HAY. DE VARIET. LIB

quendam sapientē dicitur: Altissimus em̄ est patiens redditor. Patiens em̄ redditor dicitur, quia p̄ctā hominū patitur & reddit, Nam quos diu vt conuertā-
Ans. tur tolerat, non cōuersos durius damnat. Ergo qui æterno vult sine fine carere supplicio, necesse est vt dei sine intermissione obediat p̄cepto.

De distantia perpetuitatis bonorū scilicet & malorum. Caput XXIII.

Post resurrectionē vero factā vniuerso impleto iudicio suo fines habebūt ciuitates duæ, vna scilicet Christi, altera diaboli, vna bonorū, altera malorū, vtraq; tñ & angelorū & hoīm. Istitis voluntas, illis facultas non poterit vlla esse peccādi vel vlla cōditio moriendi. Istitis in æterna vita vere feliciterq; viuentibus, illis infeliciter in æterna morte sine moriendi potestate durantibus, quō vtriq; sine fine sed in beatitudine isti, in miseria vero illi, vt iam nec remunerati præmiū finiant, nec damnati supplicium. Quandoquidē propterea incorruptio & immortalitas dabitur, etiā corporibus miserorum, vt nec ipsi æternā p̄nam finiant, nec ipsos cōsumat immortalis p̄na, sed puniat. Ideo beata incorruptiōe & immortalitate iustorū corpora donabuntur, vt & ipsi in gloria, & in ipsis gloria æterna permaneat.

De inferno, quod subtus terram esse creditur. Caput XXIII.

Nonnulli namq; in quadā terrarū parte infernū esse putauerunt, alij vero hunc sub terra esse existimant, sed tñ hoc animum pulsat, quia